

duo sunt  $x$  &  $xxx$  denarii duplus est  $?$  sexta uero me-  
 tas est <sup>uando on</sup>  $qm$  in terminis constitutis quemadmodum  
 maior terminus  $e$  ad medium. sic minorum terminorum  
 differentia ad differentiam maximorum. Indisposi-  
 tione enim quae est  $\cdot i$   $iii$   $vi$ . maximus terminus ad  
 medium sesquialter est. Differentia uero minorum  
 est unus &  $iii$  ternarius est. maiorum uero  $i$ dest  
 quaternarius &  $senarius$  binarius. Ternarius autem bi-  
 nario comparatus sesquialteram habitudine propo-  
 tionis efficit. Eodem autem modo haec quoque medie-  
 tas geometricae contraria est. quemadmodum & quin-  
 ta propter proportionem differentiarum a minoribus  
 ad maiores terminos conuersam.

Et haec quidem sunt  $vi$  medietates quarum <sup>trif</sup>  $iii$  usque apud  
 Thagora ad Platonem Aristotelem que manserunt. Post-  
 uero qui insequuti sunt has tres alias de quibus supra  
 deseruimus suis commentariis addiderunt. sequens au-  
 tem aetas quemadmodum diximus ad implendam dena-  
 riam quantitatem alias  $iii$  medietates apposuit. quas  
 non adeo quis in libris ueterum inueniet. has igitur nos  
 quam possumus breuissime disponamus. Prima enim  
 quae est earum in ordinem uero septima medietas. hoc  
 modo coniungitur cum in tribus terminis quemadmo-  
 dum est maximus terminus ad ultimum. sic maximi &  
 paruissimi termini differentia ad minorem differen-  
 tiam terminorum ut in hac dispositione  $\cdot vi$   $\cdot viii$   $\cdot xiiii$ .